

exequutores: Regii autem Fisci Procuratore in dicto Statu Mediolanen. consuetudinem huiusmodi negante, quinimo aliam consuetudinem contrariam allegante, fuisse videlicet ab antiquissimo tempore observatum, ut Ecclesiastici forum rei sequerentur, & exequutio in bonis, & personis laicorum non nisi cum secularis brachii invocatione fieret, nonnullisque aliis exortis jurisdictionalibus controversis illæ demum in Urbe, & coram Venerabile Fratre nostro Benedicto Episcopo Sabinenfi Justiniano, ac dilectis filiis nostris Joanne Garzia Sanctorum Quatuor Coronatorum Millino, Marcello, Sanctorum Quirici, & Julite Lantes, Fabricio Sancti Augustini Verallo, & Horatio Sancti Salvatoris in Lauro titulatorum Presbyteris Cardinalibus, Lancelotto respectively nuncupatis, per Nos ad hoc specialiter deputatis, agitate fuerint, & sub die 2. Junii 1615. conclusa infra scripta Concordia, si & quatenus a prædicto Philippo Rege approbaretur, ac a Nobis confirmaretur, ita tamen, ut in primis fieret revocatio omnium Proclamationum, & Editorum conditorum, seu editorum a ministris jurisdictionis ecclesiasticæ, vel secularis, quibus Notarii, Procuratores, & litigantes directe, vel indirecte possent retrahi ab agitandis causis in uno, vel altero foro respectively ad illa pertinentibus, prout in scriptura desuper confecta, plenius continetur, tenoris huiusmodi.

*Concordia inter forum Archiepiscopale, & forum seculare Mediolani super controversia exortu occasione consuetudinis trahendi laicos ad forum Ecclesiastico.*

CAPUT I.

Quando Ecclesia, Clerici, seu personæ ecclesiasticæ agunt pro quibuscumque bonis ecclesiasticis mobilibus, semoventibus, immobilibus, & juribus, seu quovis titulo, sive universali, sive particulari, sive inter vivos, sive ex ultima voluntate, vel aliis quomodolibet ad Ecclesiam, Clericos, seu personas ecclesiasticas uti tales spectantibus, & pertinentibus, sive agant actione personali, reali, mixta, in rem scripta, vel alia quacumque tam in possessorio, quam in petitorio, etiam si laicus probabiliter neget ea bona, jura, & ut supra, esse Ecclesiæ, vel ut supra, aut ad eam, & ut supra spectare, & pertinere, agere possint contra laicos tam in foro ecclesiastico, quam in seculari, prout ipsi placuerit.

CAPUT II.

Circa actionem hypothecariam, extra materiam legatorum piorum, relinquatur dispositioni juris communis.

CAPUT III.

Excipiuntur causæ, quas moveri contigerit per Ecclesiam, vel Clericos vigore

novarum Constitutionum, & novarum Bul-larum Pontificiarum editarum, vel eden-darum, nam hoc casu agendum erit coram eo Judice, ad quem de jure communi, vel aliis, circumscripta tantum consuetudine, cognitio illius causæ spectabit; Bulla tamen Pii Quinti contra illegitimos moderetur, seu restringatur, ut in emphyteusibus, & feudis ecclesiasticis factis, seu concessis ante dictam Bullam, possint illegitimi succedere secundum dispositionem juris communis.

CAPUT IV.

Excipiuntur etiam causæ, in quibus Ecclesiæ, seu Monasteria prætenderent aliquam hereditatem alicui Monacho, seu Moniali, seu cuiusvis Ordinis regulari personæ ab intestato delatam, eo enim casu agendum erit coram Judice seculari tantum, tam in possessorio, quam in petitorio.

CAPUT V.

Si vero Ecclesia, Clerici, seu personæ ecclesiasticæ agere voluerint ad conseq-utionem primitiarum, decimarum, & aliarum ecclesiasticarum obventionum, seu legatorum piorum, fructuum, pensionum, vel sistorum simplicium, aut sistorum perpetuorum, seu libelliariorum, & censuum, ac dependentium contra laicos conductores, colonos, emphyteutas, libellarios, pensionarios, censuarios, seu aliis ex præmissis causis debitores, Ecclesiæ, Clerici, seu personarum ecclesiasticarum uti talium, ut supra, agere possint tam in foro Ecclesiæ, quam in seculari, & hoc indistincte, sive de credito constet per scripturam publicam, vel privatam, sive non. Quod si agere voluerint contra alios debitores, puta ex causa mutui, depositi, aut pretii rei ecclesiasticæ vendite, aut quacumque alia ex causa, possint, si velint, pariter agere contra laicos tam in uno, quam in alio foro, dummodo constet de credito sive publicum instrumentum, vel scripturam privatam subscriptam manu debitoris, vel alterius de illius mandato, salvis tamen iis privilegiis, quæ Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis respectu fori de jure communi competunt pro conveniendis laicis in foro ecclesiastico.

CAPUT VI.

Quo vero ad bona patrimonialia, vel laicalia clericorum, seu personarum ecclesiasticarum gaudentium fori privilegio, si huiusmodi personæ agant de consequenda, vel recuperanda quantitate pecuniarum, fructuum, mobilium, semoventium, vel his similibus, quacumque ex causa, tam inter vivos, quam ex ultima voluntate ad eas quomodolibet spectantium, & pertinentium, vel eis debitorum, possint agere contra quoscumque laicos debitores ex præfatis causis in foro ecclesiastico, modo tamen de credito constet per publicum instrumentum,

tum, vel scripturam subscriptam manu debitoris, aut alterius de illius mandato, cum declaratione, quod ex speciali concessione Sanctissimi, appellationes in dictis causis patrimonialibus non committantur extra Statum Mediolani, nisi summa petita excedat valorem aureorum duorum mille, & quod actiones redditionis rationis, mercimonii, institoria, tutela, & similes incertæ, & generales occasione patrimonialium, seu laicalium deducantur in foro seculari contra laicos.

CAPUT VII.

Ubi vero Clericus, seu persona ecclesiastica agit contra laicum ad aliquam rem laicalem, vel patrimonialem ex iis, quæ pro immobilibus reputantur, puta domum, fundum, jura aquarum, servitutem, dominium, proprietatem census, vel proprietatem redditus, & his similia, quacumque actione agat, conveniat laicos in foro seculari tam in petitorio, quam in possessorio: Idem si ex causa patrimoniali agat petitione hereditatis ad universam hereditatem, seu ejus partem tam ex testamento, quam ab intestato.

CAPUT VIII.

In omnibus supra scriptis causis illud observandum est, ut semper iudicium in eo foro finem accipiat, in quo conceptum fuerit. Præterea si Clericus, vel Ecclesia, vel Ecclesiastica persona agere voluerit ex jure cesso a laico, si titulus cessionis sit principalis, & non accessorius alicui alii titulo, vel contractui, puta venditionis, transactionis, donationis, vel aliorum, in quibus titulus cessionis accessorie veniat, agendum erit in foro seculari, & hoc ne in fraudem fori secularis fiant cessiones ad favorem Ecclesiæ, & ecclesiasticarum personarum.

CAPUT IX.

Et quod per hanc concordiam respectu fori non intelligatur derogatum privilegio Fisci, ita ut omnes causæ fiscales cognoscantur, & in eis honorum apprehensiones, ac liquidationes fiant per illud Tribunal, ad quod spectant, servatis privilegiis Fisci competentibus.

CAPUT X.

Circa brachium seculare quoad sententias per Judices Ecclesiasticos in Statu, & Provincia Mediolani latas in bonis ecclesiasticis, seu ad Ecclesiam, Clericos, personasve ecclesiasticas uti tales pertinentibus, vel aliis Ecclesiæ, vel ut supra, adjudicatis mobilibus, immobilibus, & aliis, de quibus in primo capite, exequutio fieri possit sine invocatione brachii secularis cum familia armata solita Archiepiscopi; verum exequutio, de qua in hoc capite, restringatur ad Judices ecclesiasticos Mediolani: *Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.*

ita tamen, ut si causæ ad forum ejusdem Ecclesiæ Mediolanen. quomodolibet spectantes per appellationem, aut per avocationem, vel aliis modis fuerint devolutæ, aut introductæ coram Judicibus Ecclesiasticis aliarum Civitatum Status, aut Provincia Mediolani, exequutio nihilominus fieri possit sine invocatione brachii secularis juxta hujus capituli formam.

CAPUT XI.

In actionibus personalibus contra laicos debitores Ecclesiæ, Clerici, seu personarum ecclesiasticarum uti talium, prout in Quinto Capite, possit fieri quævis exequutio in bonis mobilibus laicorum sine invocatione brachii secularis, at in immobilibus laicalibus non fiat sine invocatione brachii secularis, quod concedi debeat, servata dispositione juris communis. In actionibus vero personalibus ex causa patrimoniali, de quibus in Sexto Capite, possit fieri exequutio in bonis mobilibus laicalibus sine invocatione brachii usque ad summam aureorum ducentorum, & non ultra. In immobilibus autem non fiat sine invocatione brachii, ut supra: In exequutione vero per captoram personæ debitorum, brachium seculare non invocetur contra debitores Ecclesiæ, Clerici, seu personarum ecclesiasticarum uti talium, de quibus in dicto Quinto Capite; at illud omnino invocetur respectu debitorum ex causa patrimonialium, de quibus in dicto Sexto Capite. Et amplius restringatur exequutio ad Judices Ecclesiasticos Mediolani cum declaratione in omnibus, & per omnia, prout in Capite Decimo.

CAPUT XII.

In causis criminalibus mixti fori, possit Judex ecclesiasticus procedere contra laicos, eos distringere, & condemnare, ac contra eorum personas exequi absque invocatione brachii secularis, nec non etiam exequi possit in eorum bonis mobilibus usque ad summam aureorum ducentorum, & non ultra absque eadem brachii invocatione; at in immobilibus non liceat sine brachio seculari, salva præventionem juxta juris communis dispositionem: Et hoc quoad Judices intelligatur cum restrictione, & declaratione, de qua in Decimo, & repetita in præcedenti Capite.

CAPUT XIII.

Circa virgines variis dignis de causis, & respectibus permittatur earum Collegium, prout antea, etiam sub nomine, & cum invocatione Sancti, vel Sanctæ, reservata Archiepiscopo correctione, & jurisdictione circa approbationem regulæ, & in respicientibus cultum divinum, salutem animarum, & legatorum piorum dispositionem, & exequutionem, circa quam tamen exequutionem legatorum piorum re- H h 2

specu fori secularis, servetur juris communis dispositio, ita tamen, ut ex hoc Capite nullum defumatur exemplum, nec aliquid inferri umquam possit ad alium quempiam casum pro una, vel altera parte.

CAPUT XIV.

Circa officium Eonomatus, tollantur abusus Eonomi, prout de eis confiterit.

CAPUT ULTIMUM.

Hac autem Concordia intelligatur facta si, & quatenus approbetur a Sua Sanctitate, & sua Regia Majestate, & non aliter: ita tamen, ut in primis fiat utrinque revocatio omnium Proclamatum, & Edictorum conditorum, seu editorum a ministris jurisdictionis ecclesiasticae, vel secularis, quibus Notarii Procuratores, & litigantes directe, vel per indirectum possent retrahi ad agitandis causis in uno, vel altero foro respective ad illa pertinentibus. Datum Romae die Martis secunda Junii 1615.

Anfirmitate Apostolica petatur confirmari.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praedictus Philippus Rex postmodum dictam Concordiam approbaverit, praefatus vero Petrus etiam ex speciali ejusdem Philippi Regis mandato, ac tu quoque juxta ipsius Concordiae formam Proclama- ta, & Edicta revocaverit, ac ideo Concordiam ipsam a Nobis, & Sancta Sede Apostolica confirmari, ac alias, ut infra, opportune provideri desideretis.

Confirmat Paulus.

§.4. Nos de praemissis plene informati, iis, quae ad sedan. praesertim inter Ecclesias, & seculares Principes controversias pertinent, libenter annuentes, supplicationibus tam tuo, quam dicti Petri nominibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Concordiam praefatam a Benedicto Episcopo, ac Joanne Garzia, Marcello, Fabricio, & Horatio Cardinalibus praedictis mature, ac diligenter examinatum, deque eorumdem Cardinalium consilio, ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine, tenore praesentium confirmamus, illique perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, & quovis alios, etiam quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula.

§.5. Decernentes Concordiam praedictam, ac praesentes literas, & in eis contenta quaecumque semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia fore, & esse, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, ac pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere legatos in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere,

ac irritum, & inane, si secus super his quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die septima Octobris 1617., Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

Dat. die 7. Octobr. 1617. An. XIII.

Benedictus Card. Justinianus Episcopus Sabien.  
Jo. Garzia Card. Millinus.  
M. Card. Lantes.  
F. Card. Verallus.  
H. Card. Lancellottus.  
S. Card. S. Susanna.

Cardinalium subscriptiones

CCLXXIX.

Quod Fratres Cappuccini Ordinis Minorum S. Francisci in publicis processionibus ubique locorum Crucem propriam deferre possint.

Horum Fratrum Institutionis approbationem edidit Clem. VII. in sua Constit. XXIV. Religionis. Tom. IV. Par. I. fol. 73. Quod vero isti Fratres sint vere Fratres Minores ex Ordine Sancti Francisci, declaravit Paulus V. in sua Constit. CXXI. Ecclesiae. Tom. V. Par. III. fol. 348.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii, quo divina dispensatione, nullo nostro merito fungimur, ratio postulat, ut Religiosorum, maxime Strictioris Observantiae, paci, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune consulamus.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Cappuccinorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, nonnullae rixae, & dissensiones inter Fratres dicti Ordinis, & dilectos etiam filios Fratres Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci, dum primordii Fratres in processionibus publicis sub eorumdem Fratrum Minorum Conventualium Cruce incedunt, interdum oriantur.

Causae constitutionis.

Nos

CCLXXX.

Mandatum Rectori, & aliis Officialibus Universitatis Studii generalis Oppidi Lovanien. Mechlinien. Diocesis, ut observent Decreta a Visitatoribus Apostolicis edita.

Ex Reg. in Secret. 6r. 6.

Dilectis filiis Rectori, ac aliis Officialibus, & Ministris, ceterisque personis Universitatis Studii Generalis Oppidi Lovanien. Mechlinien. Diocesis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Cum, sicut ex literis Venerabilis fratris Lucii Archiepiscopi Idruntini, nostri, & Apostolicae Sedis in Belgicis ditionibus Nuncii, Universitas ista de ordine, & mandato nostris per personas ecclesiasticas a dilecto filio nobili Viro Alberto Archiduce Austria, Principe Belgii deputatas, auctoritate nostra apostolica, visitata fuerit.

De mandato Pontificis visitatio fuerat peracta.

§.2. Nos, ut visitatio praedicta suum quantocius sortiatur effectum, pro instructo Nobis apostolicae servitutis officio, quantum cum Domino possumus, providere volentes, vobis per praesentes committimus, & sub censuris ecclesiasticis, ac indignationis nostrae poenis mandamus, ut visitationem, ac decreta, & ordinationes in illa, auctoritate apostolica, ut praefertur, facta, dummodo licita sint, & honesta, ac Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, Constitutionibus Apostolicis, ac dictae Universitatis erectioni, & privilegiis ab Apostolica Sede illi concessis non adversentur, & non alias, ea, qua decet, reverentia recipiatis, illaque diligenter observetis, ac ab aliis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, observari curatis realiter, & cum effectu: Nos enim irritum decernimus, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Paulus praecipit visitationis decreta observari.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima prima Octobris 1617. Pontificatus nostri Anno XIII.

Dat. die 21. Octobr. 1617. An. XIII.

Inno-

Indultum deferendi Crucem propriam in processionibus.

§.2. Nos omnem rixarum, & dissensionum praedictarum materiam submovere, distosque Fratres Minores Cappuccinos nuncupatos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: De Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, eisdem Fratribus Minoribus Cappuccinis nuncupatis, quod ubique locorum in publicis Processionibus hujusmodi Crucem propriam ad formam Constitutionis sel. rec. Gregorii Papae XIII. Praedecessoris nostri, quae incipit: *Expiscis pastoralis officii* &c. deferre possint, & valeant, apostolica auctoritate, tenore praesentium, concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes, praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non utriusque Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.5. Volumus autem, ut praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem proferus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. die 12. Octobr. 1617. An. XIII.

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris die 12. Octobris millesimo sexcentesimo decimosextimo, Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCLXXXI.

Innovatio, & declaratio Constitutionum Sixti Quinti, & Clementis Octavi de non alienandis bonis in Statu Ecclesiastico existentibus in Forenses, ac Castris, & aliis Jurisdictionibus tam in Forenses, quam in subditos, absque praecedenti Sedis Apostolicae licentia in scriptis obtinenda.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Pastorale munus, quod infirmitatem nostram gerere divina clementia voluit. Nos admonet, ut sicut rationis exigit ordo, Nos, qui aliis sua tribui procuramus, Sedis etiam apostolicae jura tueamur, & status, ac subditorum nostrorum utilitati, & tranquillitati consulamus, ac proinde, ut ea, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris provide constituta comperimus, illibata perpetuo perseverent, omnem ea eludendi viam apostolicis declarationibus, ac novis dispositionibus praeccludimus, & apostolico munimine roboramus, ac alias disponimus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

Statu V. prohibuit absque licentia Sedis Apostolicae in Statu Ecclesiastico existentia alienari in Forenses, & Castra, Fortalicia, & feudalia, & jurisdictiones alienari in quibus personae.

§.1. Siquidem licet olim fel. rec. Sixtus Papa Quintus Praedecessor noster, ut ditionis temporalis Sedis Apostolicae, ejusque subditorum conservationi, & commodo prospiceret, Civitates, Oppida, Castra, Feuda, Jurisdictiones, ac bona quaecumque stabilia, vel immobilia in Statu Ecclesiastico existentia, absque sua, & Sedis Apostolicae licentia, quibuscumque forensibus, & extraneis eidem Sedi non subditis, vendi, permutari, ultra triennium locari, in emphyteusim, feudum, livellum, pignus, seu precarium concedi: Nec non Civitates, Castra, & Oppida, multoque magis fortalitia, ac feudalia, & jurisdictiones in eodem Statu Ecclesiastico consistentia, & consistentes tam in exteris, vel forenses, quam in alios quoscumque, etiam subditos, nisi de expressa praecedente sua, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia, vendi, permutari, vel donari, prohibuerit; ac alia statuerit, & ordinauerit, prout in suis sub datum Romae apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo octuagesimo quinto Kalendas Julii, Pontificatus sui Anno Primo, expeditis literis, plenius continetur.

Clem. VIII. hujusmodi constitutionem declaravit.

§.2. Ac subinde a rec. mem. Clemente Papa Octavo similiter Praedecessore nostro emanaverint literae tenoris subsequenti, videlicet: Clemens Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanum decet. Tom. V. Par. II. fol. 361.

Illae tamen male interpretantur.

§.3. Nihilominus, quia postmodum experientia compertum fuit, amplius providendum esse, ne tam ab extraneis, & forensibus, quam a subditis nostris prohibitiones, ac constitutiones, & literae eorumdem Six-

ti, & Clementis Praedecessorum variis & alienis ab eorum mente interpretationibus subverti, & diversis conventionibus, etiam palliatis, in iis, quae circa alienationem Civitatum, Castrorum, Oppidorum, & locorum jurisdictionalium, non nisi praecedente nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia faciendi, disponunt, fraudibus eludi possint.

Est Paulus approbat, & innovat.

§.4. Nos tam ex iis, quae in constitutionibus praedictis continentur, quam ex aliis iustis, & rationabilibus causis animi nostrum moventibus, praemissis, & aliis infra scriptis opportunis remediis occurrere volentes, necnon praefatarum Sixti, & Clementis Praedecessorum hujusmodi literarum tenores praesentibus pro expressis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetua valitura Constitutione easdem literas Sixti, & Clementis Praedecessorum approbamus, & confirmamus, illasque innovamus, ac inviolabiliter observari mandamus.

Declaratque, & ampliat in permutationibus, donationibus, etiam reservato beneplacito Sedis Apostolicae &c.

§.5. Praeterea easdem constitutiones, quatenus etiam in subditis bona alienari absque Sedis Apostolicae licentia vetant, declarantes, & quatenus opus sit, etiam extendentes, Constitutiones hujusmodi in venditionibus, permutationibus, & donationibus contractibus, etiam cum pacto de retrovendendo, vel etiam reservato nostro, & Apostolicae Sedis beneplacito, aut etiam correspondivis, seu connexis, vel sublocationis, aut alterius contractus nomine palliatis, super praefatis Civitatibus, Castris, Oppidis, & multo magis Fortalitiis, & quibuscumque locis jurisdictionalibus, vel feudilibus, intra limites Status Ecclesiastici consistentibus, illorumque dominio, & possessione, jurisdictioneque, ac jurisdictionis exercitio quomodolibet, & quavis occasione, praetextu, vel causa, etiam necessaria, etiam subhaftationis, adjudicationis, & dationis in solutum, etiam judicialis faciendis obtinere, inviolabiliter observandas esse, ita videlicet, quod nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis expressa licentia prius in scriptis impetrari, & in actu celebrationis contractus realiter apud Notarium exhiberi, & dimitti debeat, & non alias decernimus, statuiamus, & ordinamus.

Contravenientibus poenas infligit, & contra tractus irritat

§.6. Quod si quis ad aliquam alienationem devenit contra formam praesentis Constitutionis, alienatio, seu contractus sint ipso jure nulli, nullumque sortiantur effectum: nihilominus alienans, ac contrahens poenam praefatae Clementis Praedecessoris Constitutionis incurrat, nempe cedat ab omni jure suo, intelligatur ipso jure absque alia declaratione privatus omni sua possessione, ejusque vita durante, fructus, & commoditas, ut supra alienatae rei, translatae, aut gravatae, spectent pleno jure ad Sedem, & Camera Apostolicam; ita quod eo ipso Camera Apostolica possit bona praefata propria auctoritate capere, & penes

dinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo decimo septimo, Pontificatus nostri Anno XIII.

Dat. die 20. Nov. 1617. An. XIII.

CCXXXII.

Judices nonnulli Regni Portugalliae, dummodo, quae egerunt, revocent, absolventur ab excommunicatione, in quam incidant ob violatam ecclesiasticam jurisdictionem.

Ex Regest. in Secret. Brevi.

Hujusmodi Judices excommunicationi supposit Paulus Constit. quae incipit: Ad audientiam. Supr. fol. 240.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Sedes Apostolica pia mater, nonnullos, qui pro suis excessibus in censuras, & poenas ecclesiasticas incidunt, & eorum exigente contumacia, incidisse declarati sunt, cum res ita in Domino exigit, & iuste fieri posse cernit, eosdem censurarum, & poenarum hujusmodi vinculis, interduum sua sponte absolvit, & communioni Ecclesiae restituit, prout in Domino conspiciat salubriter expedire.

Exordium.

Contra nonnullos Regni Portugalliae Judices excommunicationis sententia lata fuerat ob violatam ecclesiasticam jurisdictionem.

§.1. Sane, cum sicut, non sine animi nostri dolore accepimus, superioribus mensibus Emanuel Vasconcellus Regitor, Cosmus Ranghel, Aloysius Macciadus de Govea Consiliarii de Passo, ac Melchior Pimenta, Aloysius Mendes Baretus, Custodius de Figheredo, ac Nannius de Fonseca, Coronae Regni Portugalliae, & forsitan alii ejusdem Regni Judices etiam supremorum Tribunalium, quorum nomina, & cognomina praesentibus haberi volumus pro expressis, ob violatam libertatem, & immunitatem ecclesiasticam, certis suis decretis nulliter, & de facto editis, & executioni demandatis, jurisdictionem ecclesiasticam Venerabilis Fratris Octavii Episcopi Forsempronien. jurium, & spoliolum Camerae Apostolicae in praedicto, & Algarbii Regnis debitorum, Collectoris generalis, impediendo, & perturbando, seu alias eandem libertatem, & immunitatem ecclesiasticam, ac ejusdem Octavii Episcopi, & Collectoris jurisdictionem, non sine plurimorum scandalo, & Dei offensa, laedendo, in sententiam excommunicationis latae sententiae contra hujusmodi violatores, & transgressores a Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, praesertim literis die Coenae Domini legi solitis, contentis inflectam semel, & iterum, ac forsitan pluries incidunt, ac in eam incidisse declarati, & publice excommunicati, denunciati, & aggravati, ac forsitan reagravati fuerint.

§.10. Non obstantibus omnibus, & singulis, quae praefati Sixtus, & Clemens Praedecessores in suis literis praefatis voluerunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariisque derogat.

§.11. Volumus autem, ut praesens, postquam in valvis Ecclesiae Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum, nec non in acie Campi Florae affixa, & publicata fuerint, quoscumque tam praesentes, quam absentes, & ubicumque etiam extra Statum nostrum Ecclesiasticum existentes, perinde obligent, & arceant, ac si unicuique eorum nominatim intimatae fuissent.

Publicatione Bullae, & ejus effectum subnectit.

§.12. Ac etiam volumus, ut earum exemplis etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum in judicio, & extra habeatur, quae ipsismet praesentibus haberetur, si essent exhibitae, vel ostense.

Transumptis credi jubet.

§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum confirmationis, innovationis, declarationis, extensionis, decretorum, inhibitionis, praeccepti, mandatorum, voluntatum, statuti, & or-

Sanctio poenalis.

Eos absolvit Paulus dummodo, quae egerunt, revocent.

Notariis habitus alienationum instrumentorum conscientibus poenas imponit.

Et ita, & non aliter iudicari mandat.

Observantia hujus legis, officialibus injungit.

Contrariisque derogat.

Publicatione Bullae, & ejus effectum subnectit.

Transumptis credi jubet.

Sanctio poenalis.

misericordia praevenire volentes, Emanuelem, Cosimum, utrumque Aloysium, Custodium, Melchiorem, & Nunnium praedictos, & forsitan alios, qui ob causam praedictam, & ejus occasione in sententiam excommunicationis latae sententiae quomodolibet inciderunt, & incidisse declarati, ac publice excommunicati, denunciati, aggravati, & reagravati fuerunt, si, & postquam decreta, & mandata hujusmodi contra eundem Octavium Episcopum, & Collectorem, ejusque Officiales, & Ministros, ac servientes, nec non dicti Octavii Episcopi, & Collectoris jurisdictionem, & auctoritatem quomodolibet facta, scripta, & executionibus demandata, & seu non demandata revocerint, & nunc, prout ex tunc, ab excommunicationis sententia, seu sententia, etiam a dicto Octavio Episcopo, & Collectore, seu ejus delegato latis, auctoritate apostolica, tenore praesentium absolvimus, & totaliter liberamus.

Derogat obstantibus.

Dat. die 24. Nov. 1617. An.XIII.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.  
Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima quarta Novembris 1617., Pontificatus nostri Anno XIII.

CCLXXXII.

Confirmatio Statutorum, seu Capitulorum Confraternitatis Coquorum, & Pasticeriorum sub invocatione Annunciationis Beatissimae Mariae Virginis in Ecclesia Sanctorum Vincentii, & Anastasii de Urbe.

De forma aggregandi Confraternitates habes in Clem.VIII. Constit. CCCL. Quaecumque. Tom.V. Par.III. fol.85.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exortium.

Plas Christifidelium Confraternitates ad pietatis, & christiana caritatis opera exercent, canonice institutas, ut in eorumdem piorum operum exercitio confoveantur, specialibus favoribus, & gratiis libenter prosequimur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Confratres si qua nomina edant.

§.1. Saue nomine dilectorum filiorum Officialium, ac Confratrum Confraternitatis Coquorum, ac Pasticeriorum nuncupatae, sub invocatione Annunciationis Beatae Mariae Virginis in Ecclesia Sanctorum Vincentii, & Anastasii Regionis Arenulae de Urbe canonice instituta, Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi pro felici, prosperaque Confraternitatis hujusmodi directione nonnulla statuta condiderunt, illaque in unum volumen compilata, dilecto filio nostro in Urbe Vicario in spiritualibus Generali approbati, & confirmari obtulerunt, tenoris subsequens videlicet.

Capitoli della Venerabile Compagnia de' Cuochi, e Pasticcieri di Roma.

Omittuntur statuta, quia visum est minime necessarium ea recensere.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Officiales, & Confratres praedicti statuta hujusmodi pro firmiori eorum subsistentia, ac validitate apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communitari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis in praemissis annuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur Officiales, & Confratres praedictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, statuta praedicta apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Ex approbatione Pauli.

§.3. Ipsaque statuta in eadem Confraternitate a modernis, & pro tempore existentibus illius Confratribus perpetuo observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Clausula.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Cum derogatione contrarium.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vigesima Decembris 1617., Pontificatus nostri Anno XIII.

Dat. die 10. Decem. 1617. An.XIII.

CCXXXIII.

Nuncio Apostolico in partibus inferioris Germaniae committitur visitatio Civitatis, & Dioecesis Bambergensis.

Ex Regula in Secretis Brevis.

Venerabili Fratri Antonio Episcopo Vigilien. nostro, & Sedis Apostolicae in partibus inferioris Germaniae Nuncio.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Cupientes ad animarum salutem, divinumque cultum promovendum, Civitatem, & Dioecesim Bambergensem auctoritate nostra apostolica visitari: motu proprio, & ex certa scientia, ac maturata deliberatione nostris, tibi, de cuius inte-

Deputatio Nunci Ap. Balcici in Visitatorem Civitatis, & Dioecesis Bambergensis. ad ea peragenda, quae

cur recensetur.

integritate, prudentia, doctrina, & catholicae religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, & mandamus, ut quam primum fieri poterit, tamquam noster, & Apostolicae Sedis delegatus tam Metropolitanam, quam Collegiatas, & alias quascumque Ecclesias, ac Monasteria tam virorum, quam mulierum quorumcumque etiam Mendicantium Ordinum, etiam quocumque immunitatis, & exemptionis privilegio suffulta, ac Nobis, & Apostolicae Sedi mediate, vel immediate subiecta, in Civitate, & Dioecesi praedicta existentia, eorumque Capitula, Conventus, Universitates, & Collegia, ac illorum superiores, & personas etiam similiter exemptas, dictaque Sedi immediate subiectas, quoties tibi videbitur, auctoritate nostra visites, ac in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitam, mores, ritus, & disciplinam tam conjunctim, quam divisim, ac tam in capite, quam in membris diligenter inquiras: necnon evangelicae, & apostolicae doctrinae, sacrorumque Canonum, & generalium Conciliorum decretis, ac Sanctorum Patrum traditionibus, atque institutis inherendo, & prout occasio, rerumque qualitas exegerit, quaecumque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, & renovatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoveris, reformes, mutes, corrigas, ac etiam de novo condas, condita Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non repugnantia confirmes, abusus quoscumque tollas, regulas, institutiones, & ecclesiasticam disciplinam, ac in primis divinum cultum, ubicumque excederint, modis congruis restituas, & reintegres, praedicti Concilii Tridentini decreta, ubi nondum introducta sunt, proponas, & custodiri praecipias, ipsasque personas tam saeculares, quam regulares, etiam exemptas, & subiectas, ut praefertur, ad debitum, & honestum vitam modum, ac ad statum sacris Canonibus, & dicto Concilio Tridentino conformem revoces, & quidquid statueris, & ordinaveris, observari facias, inobedientes, & contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione postposita, ac quibusvis subterfugiis, reclamationibus, protestationibus, atque recursibus prorsus cessantibus, & remotis, juxta ejusdem Concilii Trid. decreta, compellas, cogas, & compellas.

Concessio oportunitatum facultatum.

§.2. Nos enim tibi praemissa, & quaecumque alia circa visitationem hujusmodi necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, auctoritate praedicta, tenore praesentium, plenam, & absolutam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Graviora negotia ad Sedem Apostolicam deferenda.

§.3. Si quae autem graviora in hujusmodi visitatione repereris, volumus, ut ea, necnon informationes omnes in hujusmodi visitatione fumentas, sub tuo sigillo clausas, ad Nos quamprimum diligenter trans-

mittas, ut quod in illis statuendum sit, maturata consultatione adhibita, decernamus.

Obedientia ei praestanda.

§.4. Mandantes propterea omnibus, & singulis Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac locorum regularium hujusmodi superioribus, quocumque nomine nuncupatis, & personis quibuscumque, ceterisque, ad quos spectat, ut tibi in praemissis omnibus, & singulis prompte pareant, & obediant, tuaque salubria monita, & mandata suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent: alioquin sententiam, sive poenam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem conditionum inviolabiliter observari.

Concessio nullarum facultatum specialium.

§.5. Insuper, ut uberius salutis animarum fructus proveniat, tibi, ut quaecumque personas Civitatis, & Dioecesis praedictarum, pauperes dumtaxat, & catholicas, quae propriis manibus victum quarunt, quae tertio, & quarto consanguinitatis, seu affinitatis, gradibus conjunctae, seu se attinentes, matrimonia invicem, sive scienter, sive ignoranter contraxerint, etiam si carnali copula consummaverint, si abs te veniam humiliter petierint, ab incestus reatu, & excessibus hujusmodi, ac excommunicationis, aliisque sententiis, & poenis ecclesiasticis, & temporalibus per eos propter praemissa incurris, imposita cuique eorum propter incestum hujusmodi, arbitrio tuo poenitentia salutari, in utroque foro absolvere, & cum illis, ut impedimentis tertii, & quarti consanguinitatis, seu affinitatis graduum hujusmodi, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma dicti Concilii, de novo contrahere, & in facie Ecclesiae solemnizare, & in eo, seu in contracto aliis rite matrimonio, quoad vixerint, remanere libere, & licite valeant, dummodo mulieres propter hoc raptae non fuerint, dispensare, distantiam vero tertii gradus hujusmodi, respectu quarti eis non obstare declarare, prolesque exinde susceptas, & suscipiendas, legitimas decernere, atque nuntiare. Ac etiam iis, qui per haereticos illarum partium, & aliis similiter, qui ante legitimam aetatem de beneficiis ecclesiasticis nulliter, & de facto provisi fuerint, beneficia ipsa illis, dummodo tamen haeresi non adhaerint, & aliis idonei, ac in aetate legitima constituti existant, de novo, dicta auctoritate conferre, & de illis etiam providere, illisque quoscumque fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta, ac etiam distribuciones, per eos ex eis indebitè perceptos gratiose remittere, & condonare; Praeterea cum quibusvis clericis, & personis saecularibus, & regularibus Civitatis, & Dioecesis praedictarum super irregularitatibus ex delictis occultis, praeterquam ex homicidio voluntario contractis, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, ita quod nondum promoti, omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines, si alias idonei

nei reperti fuerint, nec aliud illis canonicum obset impedimentum, ac servatis servandis, suscipere, & tam ipsi, quam alii in susceptis tamen rite Ordinibus hujusmodi, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quacumque, & quacumque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, se invicem compatiencia, recipere, & illa, ac per eos alias canonice obtenta, quoad vixerint, retinere, libere, & licite valeant, pariter dispensare possit, & valeas, auctoritate, & tenore predictis, facultatem impertimur.

Derogatio contrariorum

§.6. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum locorum Regularium Cisterciensium, & Præmonstratensium, necnon Cluniacensium, etiam Congregationis Buxfeldensis, & aliorum Ordinum, quorum illa extiterint, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, etiam mare magnum nuncupat, & literis apostolicis, illis, eorumque Capitulis, Conventibus, Superioribus, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam, & expresse, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Dat. die 4. Janu. 1618. An. XIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die quarta Januarii 1618., Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCLXXXV.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Confirmatio Concordiæ, & Transactionis inter Clerum, & Communitatem, ac Homines Civitatis Neapolitanæ in ita super quorundam vechigalium impositione.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Paulus facultatem Nuncio Apost. concesserat Partes concordandi super re, de qua agitur.

Aliis pro parte dilectorum filiorum Cleri Civitatis Neapolitanæ Nobis exposito, quod cum in impositione Gabellæ unius Tarenti super Tumulo Farinæ aliis per Communitatem, & Homines dictæ Civita-

tis facta, ad evitandas fraudes, quæ sub nomine Ecclesiasticorum committi poterant, eandem Gabellam ab omnibus tam secularibus, quam ecclesiasticis indifferenter, nostra tamen, & Apostolicæ Sedis super hoc suffragante licentia, exigere opus esset; bon. mem. Octavius Cardinalis Aquaviva Ecclesiæ Neapolitanæ ex concessione, & dispensatione apostolica Præsul, ut immunitati Cleri prædicti consuleretur, in vim facultatis apostolicæ auctoritate sibi concessæ, cum Communitate, & Homines prædictis egerat, ut summa mille ducentorum ducatorum moneta illarum partium per eandem Communitatem, & Homines prædictos, Clero prædictæ Civitatis occasione gabellæ hujusmodi annuatim solveretur, citra tamen præjudicium facultatis summam hujusmodi augendi, vel minuendi, constituto de Cleri prædicti numero: Et in eadem expositione subjuncto, quod Clerus prædictus summam mille ducentorum ducatorum hujusmodi, non solum pro futuro, sed etiam pro præterito augeri debere prætendebant, & Communitas, ac Homines prædicti, ultra prædictam, duas alias gabellas, unam videlicet alterius præter unius Grani ad Rotulum aliis impostam, seu eius augmentum, & alteram unius Carlini super Tumulo Farinæ ab iis dumtaxat, qui panem Domi faciunt, exigendi, imposuerant: & illas accedente pariter nostra, & Sedis Apostolicæ licentia, ab eisdem Clero, & ecclesiasticis personis exigere, & ad evitandas etiam fraudes, ratam certam, eisdem restituere, ut præfertur, intendebant, unde eos ad aliquam super hoc transactionem cum dictis Communitate, & Homines devenire necesse erat. Nos ejusdem Cleri indemnitati consulere volentes, per nostras in simili forma Brevis expeditas literas Venerabili Fratri Paulo Emilio Archiepiscopo Amalphytan. nostro, & Apostolicæ Sedis in Regno Neapolis Nuncio, ut super summa pecuniarum primodictæ Gabellæ eidem Clero, & personis ecclesiasticis debita tam pro præterito, quam debenda pro futuro, nec non super duabus aliis Gabellis prædictis, illarumque exactione, accedente licentia nostra, & dictæ Sedis, facien. cum eisdem Communitate, & Homines ratione rate per eos dictis Clero, & Ecclesiasticis personis, ad evitandas fraudes, ut præfertur, restituendæ, transigere, & concordare libere, & licite valeret, apostolica auctoritate factam, concessimus, & impertiri sumus, ac per alias nostras in eadem forma Brevis expeditas literas, summam quinque millium Ducatorum ex rata gabellæ, seu ejus augmenti alterius Grani ad rotulum, quæ ab Ecclesiasticis personis secularibus, & cujusvis Ordinis, quantumvis exempti, regularibus, ut præfertur, exigeretur, & eis redderetur, seu exigi, & reddi deberet, Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe applicavimus, prout in dictis Literis, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, haberi volumus, plenius continetur.

Cum

Nuncios concordiam ini curat, qua summæ re fertur.

§.2. Cum autem, sicut dictus Paulus Emilius Archiepiscopus tam suo, quam Cleri, ac Communitatis, & Hominum prædictorum nominibus, Nobis nuper exponi fecit, ipse in vim Literarum nostrarum prædictarum ad certam cum dictis Communitate, & Homines tam super summa pecuniarum primodictæ unius Tarenti super Tumulo Farinæ, eidem Clero, & personis Ecclesiasticis debita pro præterito, & debenda pro futuro, quam super duabus aliis, alterius scilicet præter unius Grani ad Rotulum, aliis impostam, seu ejus augmenti, ac unius similiter Carlini super Tumulo Farinæ gabellis prædictis, ab iis tantum personis ecclesiasticis, a quibus antea exigi consueverunt, ac in infra scripta transactione, & concordia comprehensis dumtaxat, exigendis, ratione rate per eisdem Communitatem, & Homines Clero, & Ecclesiasticis personis tam secularibus, quam regularibus, ut præfertur, restituendæ, transactionem, & concordiam, cum nonnullis pactis, conventionibus, & conditionibus, licitis, & honestis, ac inter ceteras, ut summa quinque millium ducatorum hujusmodi ex rata Gabellæ, seu ejus augmenti alterius Grani ad Rotulum, Fabricæ hujusmodi per Nos, ut præfertur, applicata, eidem Paulo Emilio Archiepiscopo persolveretur, ac transactionis, & concordia hujusmodi confirmatio a Nobis, & Apostolicæ Sedis per prædictum Paulum Emilius Archiepiscopum obtineatur, de dilecti filii Fabritii Caraccioli ejusdem Cleri procuratoris expresso consensu deveniret, prout in Instrumento publico, seu scripturis desuper confectis, plenius dicitur contineri.

Eamque perit confirmari.

§.3. Nobis propterea dictus Paulus Emilius Archiepiscopus humiliter supplicari fecit, ut concordiam, & transactionem prædictas, pro firmiori earum validitate, & subsistentia, apostolicæ nostræ confirmationis robore communitate, de benignitate apostolica, dignaremur.

Confirmat Pontifex.

§.4. Nos igitur Clerum, ac Communitatem, & Homines prædictos specialibus favoribus, & gratiis protequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, transactionem, & concordiam hujusmodi, apostolica auctoritate, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti, & quovis alios defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus: Decernentes concordiam, & transactionem prædictas ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Judices ordi-

Bull. Rom. Tom. V. Par. IV.

narios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & deserviri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Facultatem eidem Nuncio tribui eos absolventi, qui vestigal quoddam ab ecclesiasticis exegerant sine beneficio Sedis Apostolicæ.

§.5. Insuper eidem Paulo Emilio Archiepiscopo, deputatos a Communitate, & Homines prædictis, qui Gabellas hujusmodi, seu alterius augmentum, ut præfertur, dumtaxat a dictis personis ecclesiasticis, ante licentiam a Sede Apostolica obtentam, exegerunt, si hoc ab eo humiliter petierint, ab excommunicationis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis per eos, præmissorum occasione, quomodolibet incurris, injuncta illis poenitentia salutari, auctoritate nostra absolventi, & totaliter liberandi, dictasque poenas illis remittendi, & condonandi, ac eos in pristinum, & eum, in quo, antequam præmissa committerent, quomodolibet erant statum, restituendi, reponendi, & plenarie reintegrandi, facultatem, auctoritate, & tenore prædictis, concedimus, & impertimur.

Obstantia tollit.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac omnibus illis, quæ in eisdem literis volumus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 10. Febr. 1618. An. XIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima Februarii 1618. Pontificatus nostri Anno Decimotertio.

CCLXXXVI.

Mandatur Nuncio Apostolico apud Sabaudiam Ducem, ut deputet Episcopum Gebennensem in Visitatorem generalem Ecclesiarum, & Monasteriorum, & aliorum locorum piorum in toto Ducatu Sabaudia.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Ven. fratri Petro Episcopo Saonen. nostro, & Apostolicæ Sedis apud dilectum filium vobis virum Carolum Emanuelem Sabaudia Ducem Nuncio.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Onerosa pastoralis officii cura nullo suffragio meritorum Nobis ex alto commissa postulat, ut ad ea vigilantia nostre partes propensius impendamus, per quæ Ecclesiarum, Monasteriorum, ac locorum piorum quorumlibet felici, ac prospero personarum in eis Altissimo famulantium statui opportune provideatur, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Procuratum.

§.1. Hinc est, quod Nos Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum in Ducatu Sabaudia existentium felici regimini consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris Fraternitati tuæ per presentes committi-

Mandatum, de quo in Rubricâ.